

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Frankofurti, 1625**

Appendix II. Partis promptvarii exequialis, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

## APPENDIX

II. PARTIS PROMPTVARIÏ  
 EXEQUVALIS, CONTINENS DISPO-  
 sitionum FVNEBRIVM, decadem vnam, aucta-  
 rii loco cæteris subiectam.

## THEMA I.

Gen. 27. v. 2.

Verba Isaaci ad filium Esau :

*Ecce ego senui, & ignoro diem mortis meæ.*

## DISPOSITIO.

**P**Aucula sunt hæc verba venerandi & piissimi senis, Pa-  
 triarchæ Isaaci. Frequenter autem Syracensis monet vt  
 diligenter obseruemus verba sentum, honoratorum præ-  
 fertim, Syr. 6. v. 36. & 8. v. 9. 11. Insigne etiam est illud Syr.  
 39. v. 1. & seqq. Ideoque & nos hæc verba Isaaci exami-  
 nabimus, nihil dubitantes, quin maximam ex illis capere  
 possimus vtilitatem. Primum autem verba Textus accu-  
 ratius perlustrabimus, deinde, quomodo illa ad nostram  
 doctrinam aliquid conferre possint, addituri.

## Textus.

Vocat Isaacus ad se filium Esauum, vt præpareret cibum  
 de carne ferina. Das alter ist gesûstig / dicitur prouerbio.  
 At hæc non fuit principalis causa, sed voluit simul Testa-  
 mentû condere, q̄ patet ex verbis *vt benedicat tibi animâ  
 mea antequam moriar.* Hoc enim solenne erat Patriarchis  
 Sicut patet exemplo Jacobi Gen. 49. Blandis ipsum vero  
 verbis compellat bonus senex. Ecce senui. Jam tum ex-  
 cesserat animum centesimum. Etenim Genes. 26. v. 20. cum  
 esset quadraginta annos natus duxit vxorem. Illa sterilis  
 est annis aliquot. At post eodem ca. v. 34. Esau filius iâ est  
 quadragenarius, quando & ipse duxit vxorem Imo ex sup-  
 putatione videtur colligi posse, Jacobû an. ætatis 77. abi-  
 ille in Mesopotamiâ. Verisimile igitur est circa annû ætatis

Bbb

136. vel

136. vel 137. Isaacum hæc verba proloquutum. Dicuntur etiam iam tum caligasse oculi eius vt videre non potuerit. v. 1. huius capitis.

Quamuis vero multis annis adhuc superuixerit bonus Isaacus: (inuenit namq; ipsum filius Jacobus qui iam cælebs est, adhuc superstitem in Mambre, cū ex Mesopotamia rediisset, secumq; filios adultos non nullos adduxisset vt pater ex Genes 34. & 35.) tamen ex his verbis apparet, quænam fuerint ipsius in senectute meditationes. Addit enim, *ignor o diem mortis meæ.* Hoc autem vult dicere: Ego iam senex cæcutiens nihil aliud animo versare soleo, quàm horam mortis. De qua quando sum incertior tanto magis sum sollicitus. Non possum mihi promittere multos annos vitæ: interim tamen non sum certus, quando mihi hinc discedendum fiet hoc forsitan breui, vel cras etiam ideoque hodie prius non tantum satiari cupio ferina: sed simul exsequi cupio, quod dudum animo concepi, scilicet vt disponam inter vos filios meos, sicut iudico vobis consultum. Semper tamen sum paratus, & recordor nouissimorum, iuxta id Syr. 7. v. 4.

Fiat mihi secundum beneplacitum Domini.

L O C I.

I. Memorabilis hinc Doctrina surgit pro senibus, vt discant, quænam in senectute debeant esse ipsorum piæ meditationes: scilicet de hora mortis & discessus ex hac vita.

Hoc non omnes omnino senes semper tractant. Habet enim senectus sua quoque vitia apud nonnullos.

Alii enim in senectute tractant nummos & sunt auari, & quanto minus itineris conficiendum habent, tanto plus querunt viatici. *Wiß inen jnnrer zerrinnen.* Quia promittunt sibi adhuc plures annos vitæ. Sicut is Luc. 12. v. 19. habes bona *in annos plurimos.*

Alii sunt inuidi & meditantur vindictam contra aduersarios. Alii sunt libidinosi, sicut duo illi qui tentant pudicitiam Susannæ, De quo Syr. 25. v. 4. senex adulter.

Pii autē senes semper de sine cogitant. Sicut Simeon  
 auac

nunc dimittis. Luc. 2. Sicut Josua, cap. 23. v. 2. Ego senui.  
Et v. 14. Ecce ingredior viam vniuersæ carnis. Idem Da-  
uid 1. Reg. 2.

UTILIS est hæc mortis meditatio, vt ambulemus cor-  
de sapienti Psal 90. v. 12.

Memorare nouissima & non peccabis. Syr. 7. v. 40.

Memento finis. Syr. 28. v. 6. & 38. v. 21.

II. At hæc non profenibus tantum sed simul etiam pro  
iuuenibus dicuntur. Quia non omnibus datur ad longam  
vſq; senectam viuere. *Was an trägt so viel Xelber als Xühe-  
haute zu Markt.*

Ideoq; illi etiam monentur, memento creatoris in iu-  
uentute tua. Eccl. 12. v. 1.

Josias puer querit Dominum. 2. Paralip 34. v. 3.

Spes mea TV à iuuentute mea. Psal. 71. v. 5.

Et cito orandum, delictorum iuuentutis ne memine-  
ritis. Psal. 25.

III. Recte veteres prouerbio dicere, certam esse mortem,  
at horam mortis incertam, constat ex hoc loco & verbis  
Isaaci, qui licet Patriarcha, senex & Spiritu sancto dona-  
tus fuerit, tamen de hora mortis incertus est.

At quare Dominus adeo studiose occultat horam mor-  
tis? Resp. Ne vnquam simus securi. Vnam horam nescire  
nos voluit, vt omnibus horis simus parati.

Hinc tot admonitiones, vigilate, orate, parati estote, vs  
digni habeamini stare ante filiū hominis. Matth. 24. Marc.  
13. v. 35. 37. 2. Pet. 3. v. 11. Luc. 21. v. 36. Huc spectant Para-  
bolæ de seruis, Matth. 24. Luc. 12.

De virginibus prudentibus. Matth. 52. v. 1.

Verum namq; illud Germanico prouerbio decantatū,  
*Ich gehe auß oder ein; so steht der todt vnd wartet mein.*

IV. Exemplum Isaaci omnes boni patres familias imira-  
ri debent, vt si quid habent, de quo necessē sit inter liberos  
disponere, illud non vsque ad extremum vitæ halitum  
differant; sicut nonnulli faciunt, & stulte sibi imaginan-  
tur, mox moriendum, vbi testamentum condiderint.

Bbb 2 Sic

Sic semper de die in diem differunt declarationem mentis suæ & tandem nil nisi lites relinquunt posteris. Cogita illud, *dispone domui*, diuinum fuisse mandatum, Ec. 38. v. 1.

F I N I S.

## T H E M A II.

1. Sam. 20. v. 3

Verba Dauidis ad Ionathanum

*Viuuit Dominus & viuuit anima tua vno tantum gradu ego morsq; diuidimur : vel vnus tantum gradus inter me & mortem.*

## D I S P O S I T I O.

Verba hæc sunt Dauidis perturbatissimi, cum à Saule nusquam tutus esse posset, & in maximo vitæ discrimine versaretur & mortem effugere posse minime videretur.

Cum autem omnium hominum, (etiam extra periculum hostile) eadem plane sit conditio, & nemo fere sit, qui de hoc cogitet, quantum distet vita nostra à morte, sicut hic Dauides noster, hæc verbis primam excutiemus & postea subiiciemus locos communes.

*Paraphrasis Textus.*

Iratum & lænum Saulem (quamuis nunquam lacestrum,) iam dudum fugerat Dauid, & tandem ad Sacerdotem Domini Samuelem, ipsi etiam Sauli formidabilem, confugerat in Rama: sperans se ibi à Saule posse esse tutum. At non tantum nuncios illuc mitit, sed & ipse Saul Rex in Rama venit, & (non sine miraculo) inter Prophetas reperitur ibi. Nihilominus tamen fit melior, sed hypocrita est & manet.

Metuens itaque rebus suis, Dauid, cum senex in sinu Prophetæ Samuelis tutum præsidium habere posse animaduerteret, discedit ex Rama, & venit ad amicissimum suum Ionathanum apud hunc in campo conqueritur, de præsentissimo vitæ periculo in quo versetur. Et eleganti simi-

multitudin  
à morte  
possim eu  
mor solet  
nam emet  
prehenda  
bi paritur  
Profecio  
mulz alle  
Et hasta  
turbatio.  
rem, & hoc

Optand  
Dauid & f  
morte. Iu  
longe adh  
Alii in pl  
Orogere  
quia scrip  
Hoc eni  
tem Dauid  
iam cum n  
ber: videlic  
Einer Han  
& Psal. 144  
Ex quid  
Qui ingred  
ab humo, q  
auff überete  
tur vix vni  
Philosoph  
eti à morte  
Quo te  
Hæc omni  
gubte, Me

militudine exprimit periculum: vno tantum passu absum à morte. Jam sum in manibus patris tui, nescio quomodo possim euadere. In toto regno non possum figere pedem, mox solet inuestigare gressus meos. Et quam facile est vnum emetiri passum, tam facile est parenti tuo vt me comprehendat & occidat. Et quia Jonathan difficulter hoc sibi paritur persuaderi, iuramento id confirmat triplici: 1. Profecto. 2. viuere Dominus. 3. & viuere anima tua. Sunt formulæ a seuerationum,

Et has tam urgentes voces exprimit Dauidi magna perturbatio. Sic enim in sinum amici effundi suum dolorem, & hoc ipsi leuamen aliquid offert.

## L O C I.

Oprandum esset, omnes Christianos exactissime cum Dauide & frequentissime considerare, quantum absint à morte. Iuuenes putant se longissime abesse à morte, quia longe adhuc absint à senectute.

Alii in plures annos resiciunt finem vitæ.

Ostrogrenarius se annum viuere posse putat. Errant: quia scripturas non consulunt.

Hoc enim illis posset scriptura demonstrare. Sicut autem Dauid hic vnus tantum passum ponit: ita alibi (etiam cum non fugeret à Saule) vnã tantum palmam habet: videlicet Pl. 39. v. 7. Instar palmæ posuisti dies meos. *Einẽ Hand brei.* Imo plane nihilum vita nostra. Ibidem & Psal. 144. v. 4.

Et quid verbis opus cū experientia id abunde testetur. Qui ingreditur in planicie tantum distat à morte, quantum ab humo, quia facile collidi potest in terram. *Kan einẽ auff ebenẽ Boden den Hals abfallen.* Qui in naui vehitur vix vnus palmæ spacio abest à morte, teste Anacharsis Philosopho. Qui in curru aut equo vehitur, vno passu abest à morte. *Ist vmb ein vmbwerffens oder Fall zu thun.*

Quot regulæ sunt in textu, tot tibi minitantur mortẽ. Hæc omnia in vno verbo comprehendit canonicū illud lugubre, *Media vita in morte sumus, Mitten im Leben/ mit*

dem Tobit umgeben. Exempla id testantur, quod comedentes, bibentes, incedentes, iter facientes, & nihil mali expectantes, vel leui momento iaterierunt.

Hadrianus Papa dum aquam bibit à musca suffocatur, sedens in sella Eli. 1. Sam. 4. Nabal inter prandendum, 1. Sam. 25. Amnon filius David bibens, 2. Sam. 13.

Liberi Job. Hiob. 1. Fodientes turrim Siloah. Luc. 13. Ananias & Saphira, Act 5.

Heinricus Imperator sumens Eucharistiam veneno tollitur.

Vsus huius meditationis multiplex est.

1. Semper simus parati, 2. Pet. 3. v. 11. Matt. 24. v. 44.

Orandū. Vigilandū. Standū. Lumbi præincti. Luc. 12. Semper anima (quam sic gestamus in manibus. Pl. 119. v. 109. Deo commendanda, Pl. 31. v. 6.

2. Stulti sunt qui à Mathematicis & Genethliacis, Chirromaticis, & ciusmodi diuinatōribus mendacijs volūt exquirere, quantum distent à morte: hoc est, vtrum diu sint superuicturi nec ne.

Quid si respondeat tibi vox illa, Luc. 12. v. 20. Stulte, hac nocte auferetur anima tua.

Quod si coram hominibus videatur vita longeva, sicut David post superatam hanc fugam diu superuixit, tamen coram Deo mille anni sicut vna dies, & sicut nox præterita, Pl. 90. v. 4. 2. Pet. 2. v. 8.

Ideo, *coram te*, inquit, instar palmæ dies mei, Pl. 39. v. 9. Et in morte non quæritur quamdiu vixeris, Syr. 41. in fine.

LII Videmus sanctos Dei non esse stipites, sine sensu, quibus perturbentur aut moueantur meditatione mortis calamitarum aut periculorum.

Nunquid ipse Christus exhorrescit mortem? Tristis est anima mea. Matt. 26. v. 38.

Sinit etiam illos Deus interdum experiri varias infirmitates: Quis infirmatur & ego non infirmor? 2. Cor. 11. v. 29. In Asia supra modum grauati, 2. Cor. 1. v. 8. At fidelis Deus non vltra vires tentat, 1. Cor. 10.

Vsus

Vsus  
temerari  
2. v. 3. s.  
2. Ve t  
mi prest  
fratres, L  
L. III  
effundere  
alioquin  
38. v. 20. 3  
quod Dau

Ingr  
fatur aser

Hec qu  
mici illius  
probat, qu  
diderit. De  
patienter fe  
tera hoc eti  
pertingant,  
tur Eliphaz  
hominem se  
gregias pro  
gas. Talis  
Vbi simil  
nec faciat Do  
ferantur in  
horreum ret  
excitimus.

Vsus 1. Hoc autem fieri permittit, vt nunquam simi-  
temerarii, audaculi & præsumptuosi sicut Petrus, Matth  
26. v. 35. nec plus tribuamus viribus nostris quam par est  
2. Vt tales postmodum possint consolari eos qui in om-  
ni pressura sunt, 2. Cor. 1. v. 4. Tu conuersus confirma  
fratres, Luc. 22. v. 32.

L. III. Debent vehementer perturbati suum dolorem  
effundere in sinum alicuius amici, aut Ecclesiæ ministri:  
alioquin metus est ne absorbeantur à tristitia. Vide Syr.  
38. v. 20. Man soll es herauß lassen/vnd nit in sich fressen.  
quod Dauidi graue est, Psal. 39. v. 4.

F I N I S.

## T H E M A III.

Hiob. 5.

*Ingredieris in senectute vegeta sepulchrum, & sicut in-  
fertur aceruus tritici in tempore suo.*

## D I S P O S I T I O.

Hæc quæ legimus verba sunt Eliphaz Themanitis, a-  
mici illius Hiobis, qui in hoc capite multis argumentis  
probat, quod Deus neminem innocentem vnquam per-  
diderit. Deinde docet, quam bene Deus agat cum his qui  
patienter ferunt calamitates ab ipso immittas. Inter cæ-  
tera hoc etiam habet, quod tales ad senectutem vegetam  
pertingant, & non ante tempus moriantur. Quamuis igitur  
Eliphaz in hoc errauerit, quod Hiobum vult facere  
hominem sceleratum, quia tanta patiatur mala: tamen e-  
gregias profert sententias, veras & notatu maxime di-  
gnas. Talis etiam hæc est vna.

Vbi similitudine egregia docet, quomodo senibus be-  
nefaciat Dominus, si scilicet in ætate iusta & matura in-  
ferantur in sepulchrum, sicut aceruus tritici infertur in  
horreum tempore messis. Hanc primum similitudinem  
excuciemus. Deinde subiiciemus locos communes.

Bbb 4 Textus.



## Textus.

Primum simpliciter rem proponit Eliphaz, deinde figurate. Quod solenne est alias Prophetis, & ipsi Dauidi in Psalmis.

Beatus inquit supra versu 17. qui corripitur à Domino. & infert: Ergo nec tu reprobos correptionem altissimi. Nam multa beneficia confert in illos, qui patienter ipsius correptiones ferunt. Hoc tu experieris etiam. Et inter cætera hoc est in specie: In senectute vegeta ingredieris in sepulchrum. Sicut te Dominus viuere ad longam & tardam senectam Nō in medio cursu abripiet te DOMINVS.

Hoc iam ostendit similitudine non inepta.

Senectutem enim bonam confert messi maturæ.

1. Aristæ primum sunt tenues, sic homo iuuenis.

2. Multis iniuriis tempestatum obnoxia. Sic hominis tota vita multis miseris. Militia Hiob 7. v. 1.

3. Tandem albesunt & maturescunt circa messem aristæ. Ita tandem senes canescunt & saturi fiunt dierum.

4. Tunc itaque colliguntur manipuli (sive mergetes, die Korgarben) & inferuntur in horreum.

Sic tandem homo senex inferitur sepulchro.

Sic etiam ipse Cicero comparat senes vegetos, pomis & frugibus maturis. Vbi & hoc notandum.

5. Sicut fruges maturæ per se decidunt: ita senes tranquilla morte decedunt, paulatim deficiunt, & extinguuntur lenissima morte. Sie leschen auch wie ein Liechlein. Hinc scriptura sapius, *defecit & mortuus est*, Gen. 25. & 35.

## L O C I.

I. Magnum Dei beneficium est, viuere ad longam senectam. Singulares enim sunt promissiones illæ: Exo. 20. v. 12. Deut. 5. v. 16. Ephes. 6. v. 2. & 3. vt sis longæuus super terram.

Et Prouerb. 3. v. 2. & 9. v. 11. Psal. 91. v. 16. Wann man das Korn läßt zeitig werden, daß es sein Wüterich ein-  
kompt: Das stehet wol.

Sicut

Sicut con  
sicut fore  
quam euel  
vires aut q

Vide que  
mergetes po  
ben auff den  
stadtsbüret

Sed main  
tam, sed bon  
De hoc pt  
Id etiam p

suauitate bon  
affigit. Barf  
Et deseri bu

Contra g  
quid futurus  
plorat Hisk  
pias in medi

Et pro ho  
est in popan  
55. v. 24.

At licet m  
ptionem: ita  
cuius est ciro.

Patet id e  
& legq.  
Ideoque

v. 6 in ipsi  
viuere, viuat  
Ipse Don

Eccc pra  
Quia per  
ni cum sim  
Quibus  
& seruauit

Sicut contra Psalmus 129 v. 7. de his loquitur, qui sunt sicut fennum rectorum, tales fruges, quæ exarscunt antequam euellantur: id est quibus non implevit manum suam qui metit, aut qui manipulos colligit, sinum suum non implet.

Vide querelam Hierc. 9. v. 22. non collecti sumus sicut mergetes post messem. Das steht vbel/wann die Garben auff dem Acker verderben vnd nicht zu rechter Zeit eingeühret werden.

Sed maius beneficium est, non tantum viuere ad senectam, sed bonam & vegetam senectam viuere.

De hoc principaliter agit Eliphaz hoc loco.

Id etiam promittitur Abrahamo Gen. 15. sepelietis in senectute bona. Alioquin triste sæpe & graue senium plus affligit. Barfillai enumerat illas molestias, 2. Sam. 19. v. 35. Et describuntur Eccles. 11. v. 2.

Contra graue est, abripi in medio cursu vitæ, nescimus quid futurum de nostris, die noch nicht erzogen sind. Id deplorat Hiskia, Esa. 38. v. 10. Psalm. 102. v. 25. Nemo abripias in medio cursu.

Et pro hoc licet omnino nobis orare. Nam malis hoc est in pœnam, quod non sunt dimidiaturi dies suos. Psalm. 55. v. 24.

At sicut nulla Regula est quæ non habeat suam exceptionem: ita hic quoque comparatum est. Interdum felicius est cito abripi, prout sunt tempora.

Patet id exemplo Josiæ, 1. Reg. 22. v. 20. & Sap. 4. v. 10. & seqq.

Ideoque cum sortes nostræ in manu Domini, Psalm. 31. v. 6 in ipsius beneplacito acquiescendum. Si velit nos viuere, viuamus: si velit mori, moriamur.

Ipsè Dominus faciat quod vult. 1. Sam. 3. v. 18.

Eccè præsto sum Domine, si dixerit, 2. Sam. 15. v. 26.

Quia perinde est siue viuamus, siue moriamur, Domini cum simus, Rom. 14. v. 7. & 8.

Quibus contingit tarda & bona senectus, illi sint grati & seruiant DEO, cum Simeone expectantes redemptionem

Bbb 5 nem

nem Luc. 2. v. 25. Orent frequenter ex Psal. 71. v. 9. & 18.

L. II. Monet hic locus senes vegetos, vt cum maturæ iam sint ætatis, non sint impatientes, quando Dominus illos voluerit decerpere aut demetere. Cogita: *Die fructus est zeitig.* Ideoque inferendæ mergetes in horreum. Syr. 41 in fine.

L. III. Quia Christus etiam horrei facit mentionem, in quo colligendi tantum sunt pii, Matth. 3. v. 12. & 13 v. 40. Caueamus ne inueniamur inter zizania comburenda.

L. IV. Quia hæc similitudo potest aptari ad totam hominis vitam, sicut supra in paraphrasi Textus dictum: debet & hoc in nobis excitare patientiam, quia post multas tempestates colligemur in horreum Domini. Eunt ibant & stebant, venient autem cum exultatione portantes manipulos suos, Psalm. 126. v. 6. Vide simile aliquid, Mich. 4. v. 12.

Hoc vnum agamus, vt simus bonum frumentum Domino, sicut Ignatius dixit, se bestiarum dentibus commolendum, vt mundus panis inueniatur, Euseb. libr. 3. cap. 36.

F I N I S.

## THEMA IV.

Psalm. 31 v. 16.

*In manu tua sunt tempora mea.*

D I S P O S I T I O.

Quia Saluator noster Jesus Christus verba huius Psalmi, ex vers. 6. quæ in agone mortis & in cruce protulit. In manus tuas, Domine, &c. hinc mutuatus est, ideoque Davidem in persona filii incarnandi hunc Psalmum decantasse, recte senserunt veteres. Multa autem singularia habet hic Psalmus, & inter cætera hæc etiam paucula verba, quæ prælegimus. Illa si accuratius pensitauerimus, multum in recessu habere intelligemus.

Paucula

Paucula  
mus doct

Graniffi  
de iniuria

aufere. Vic  
& de Chris

Saulis, per  
Christo vid

v. 17. Mat

His omni  
fidere ait P

Vnde ta

Scio enim  
tempora, n

v. 4. Scine  
isti dabit.

Vel si per  
ms intelligi

culi Hoc fe

Entis 31

Hinc erig  
ante tempo

mo ipsam p

dicitur, cur

(quod qui

minia expe

sum hostit

poterant;  
& 8. v. 20.

Primo  
quod tem

etiam in  
DOMIN.

Paucula igitur verba paucis examinabimus, & subiiciemus doctrinas.

*Textus.*

Grauiſſime conqueritur filius Dei in præcedentibus, de iniuria hoſtium, & quomodo illi vitam Dauidi cupiãt auferre. Vide Pſalmi verſum 14. Vera hæc ſunt de Dauid & de Chriſto filio. De Dauid legatur hiſtoria, de inſidiis Saulis, perfidia Doegi, &c. 1. Sam. 19. 21. 14. & ſeqq. De Chriſto vide conſilia hoſtium, Joh. 7. v. 23. & 8. v. 30. & 11. v. 57. Matth. 12. Marc. 3. & 11. Luc. 19.

His omnibus poſthabitis ſe in Domino firmiſſime credere ait Pſaltes, v. 11.

Vnde tanta fides & confidentia? Ex Dei prouidentia. Scio enim tempora mea eſſe in manibus T V I S. Per tempora, totum vitæ curriculum intelligit, ſicut Pſal. 144. v. 4. Seine Zeit führet dahin. Et Eſa. 38. v. 11. Meine Zeit iſt dahin.

Vel ſi per tempora hæc, extremum vitæ terminum velimus intelligere, iuxta illud Hiob. 14. verſ. 5. nihil eſt periculi. Hoc ſenſu legitur ibidem verſ. 6. & 1. Sam. 26. verſ. 10. Gaiſſe 3 it. Eccl. 9. v. 12 & Eſa. 13. v. 22.

Hinc erigit ſe Pſaltes in maximis difficultatibus, quod ante tempus à Deo conſtitutum, nemo ipſi nocere, nemo ipſum perdere poſſit. Et id ſane de Chriſto expreſſe dicitur, cum veniſſet tempus eius, ſcilicet vt occideretur, (quod quidem exactiſſime ſciuit) Johan. 13. v. 1. ipſum omnia expediuiſſe neceſſaria, & tandem obuiam progreſſum hoſtibus. Prius verò ipſum nec capere, nec occidere poterant: Qui a nondum venerat hora eius, Joh. 7. v. 30. & 8. v. 20.

L O C L .

Primo omnium maxima hinc conſolatio peti poteſt, quod tempora noſtra nec ſunt in manibus noſtris, nec etiam in manibus aliorum hominum, ſed in manibus DOMINI.

Si

Si enim tempora nostra essent in propriis nostris manibus, facile illa perderemus, & ita tractaremus sicut Eliaus suam primogenituram Gen. 25. v. 33. *Wir wärdeus leichtlich vercherzen vnd drum kommen. Es gieng vns wie den jungen Kind ren die gelt haben.*

Nescimus enim tempus oportunitum obseruare, sicut alioquin bruta animalia, de quibus Hier 8. v. 7.

Non agnoscimus tempus visitationis. Luc. 19. v. 44.

At nunc tempus acceptum, nunc dies salutis 2. Cor. 6. v. 3. Multo iniurius ageretur nobiscum. Si tempora nostra essent in manibus inimicorum & ipsius etiam satanae. Illi iam dudum nos perdidissent. Hinc illud Ps. 124.

Nisi Deus in nobis, &c. At quia in manu Domini sortes nostrae, quis nocebit? Ps. 3. v. 7. Non timebo millia Ps. 56. v. 12. Quid faciet mihi homo?

Seruiunt illi aliquamdiu. Non perpetuo durabit.

At Deus scit temporis oportunitatem: quando scilicet ex calamitatibus eripere aut liberare, aut quando nos hinc euocare debeat. Hinc adiutor in oportunitate dicitur. Psal. 9. v. 10.

De quo scriptura hoc praedicat quod suos tegat & abscondat in tempore malo, Ps. 18. v. 29. & 41. v. 2. & 140. v. 8.

Is scit tempus commodum omnibus actionibus suis, & omnia sapientissime facit in tempore suo, Ec. 3. v. 11. Hinc omnia Dei opera consistunt Ibid. v. 14.

Vs vs huius loci est, 1. vt nihil Deo praescribamus, neque modum neque tempus: alioquin accidet nobis illud Johan. 2. v. 4. quid mihi tecum? nondum venit hora mea. Insignis locus est in libello Iudith cap. 8. v. 13. Qui estis vos qui tentatis Dominum, &c vide ibi.

2. Vt nihilominus bene de Deo speremus, si maxime ipsi nondum videatur tempus, vt succurrat rebus nostris. A custodia Psal. 130. v. 6. Veniens veniet & non tardabit. Heb. 2. v. 3. Heb. 10. v. 37.

3. Si videbitur Deo commodum tempus, euocandi nos ex hac vita, non tergiersemur, non nequamus in oras.

Es

Es ist gar  
Non qui  
recht selb  
lus esset. Ps.  
Sic nomi

4. Errant  
quarunt ext  
rum, sicut A

Vel in ma  
est, sicut Aha  
nibus Gene  
bus Esa. 47. v.

L. 11. Fa  
impairientia  
Quidam scilicet

cut Elias fug  
mam eam,

Herren Ebor  
in ostium  
Stulte cog

Qui dedit v  
Tva die endu  
fate gungto

Tunc stab  
se angustiam  
199. v. 12 ad

In hoc cap  
pingitur ante  
porum cum

**E**s ist gar zu frühe : hett noch so lang zu le ben. Nihil est Nunquid enim tempora in manib. Domini. Das muß die rechte zeit seyn. Quia dies scripti in libro Domini, cum nullus esset. Ps. 139. v. 16.

Sic nomina nostra in manu illius signata Es. 49. v. 16.

4. Errant grauiissime qui tempora & terminum vitæ quærunt extra manus Dominæ: vt pote in manu Medicorum, sicut Afa. 2. Paral. 16. 12.

Vel in manu Idolorum aut incantatorum, quod idem est, sicut Ahasia ex manibus Baalsebub 2 Reg. 1. Vel in manibus Genethliacorum & Astrologorum, sicut hi, de quibus Esa. 47. v. 12. & 13.

L. II. Faciet deinde hic locus contra tardium vitæ, & impatientiam illam, quæ interdum in electos cadit: dum scilicet in magnis versantur difficultatibus. Sicut Elias fugiens ab Isabele 1. Reg. 19. versic. 4. Tolle animam meam, inquit. Et Ionas cap. 4. v. 8. Das heist unserm Herren Gott den Saek sur die thür geworffen. Sicut multi nostrum ex impatientia optant mori ante tempus.

Stulte cogita, in cuius manibus tempora nostra sint. Qui dedit vitam, vocabit mortem etiam. Fiat voluntas Tva dicendum cum Christo. Matt. 26. v. 24. Er wird noch früze genug femmer. Expecta Dominum. Plal. 37.

F I N I S.

## T H E M A V.

Sap. 5. v. 1.

**T**unc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Et seqq. vsq. ad vers. 6.

### D I S P O S I T I O.

In hoc capite graphice admodum describitur, & quasi pingitur ante oculos, quæ sint futuræ cogitationes cum piorum tum impiorum, quando vtrimque comparantur sunt

sunt ad tribunal Christi & post auditam sententiam finalem pronuntiandam in iudicio extremo, unusquisque suum locum occupabit. Et sane optandum esset, nos Christianos singulis momentis, de hac statione cogitare. Sic enim multi non irridereat hunc processum iudiciale. Welches kein scherz; seyn/sondera den Spitteru das lachen tewer werden solle. Nos de iustis primum; deinde de impiis etiam & damnatis dicemus. Hic enim erit ordo Matt. 25. vers. 34.

### 1. Pars.

In resurrectione mortuorum omnes simul ante tribunal Christi congregandos asserit scriptura, Matth. 25. v. 32. Mox vero per Christum futuram separationem, dum hirci ab ouibus separabuntur, constat. Hirci sinistrum, oues dextrum latus occupabunt. Ibid. vers. 33. Ibi mox unumquemque vel accusabit vel excusabit conscientia. Mox trepidabunt impii.

1. Iusti vero, hoc est, fide in Christum iustificati, pacem habeates cum Deo, Rom. 5. v. 1. stabunt intrepidi, sciunt se habere Christum iudicem propitium, imo aduocatum & mediatorem. 1. Joan. 2. v. 1. & 1. Tim. 2. v. 5.

2. Ex aduerso magna cum lætitia videbunt trepidationem impiorum damnandorum, ciulantium, fridentium, querulantium de suis cruciatibus.

Et quando videbunt ipsos ad ima tartara crudelissime abripi, ipsi magna profundentur lætitia.

Cogitabunt, & factum bene. Hi sunt qui nos sæpius in magnas angustias coniecerunt, qui nos læpe multumque afflixerunt. Iam pœnas dabunt ipsi in æternum: Nos vero consolatione fruemur æterna.

Locvs. Ecce hic habemus complementum illius promissionis Psal. 91. vers. 8. & Psalm. 52. v. 8. videbunt iusti & lætabuntur. Psal. 58. v. 11. videbit iustus & lætabitur. Præturam egregiam Christus ob oculos statuit. Luc. 16. de diuite & Lazaro.

Quan-

Quantum  
dit, autem  
que seramus  
imos, irritio  
Paulus etiam  
gita illud, v  
Luc. 6. v. 25.  
Hic oritur Q  
porum & da  
plis? Respon  
iam naturam la  
videt execut  
inquit? Para  
non esset nos  
nostra cum en  
iudicabunt m  
plius affectus  
Videmus A  
Luc. 16. Ita r  
Nec existit  
cum Deo, &

At quid im  
pendi a Diab  
visti herum  
gentia. T rep  
cum.

1. Turbab  
abuntur in sp  
5. Panitebit  
6. Ingermisc  
decentes car  
sunt ha inae

Quantum hoc futurum gaudium piis, oculus non vidit, auris non audiuit. Esa. 64. 1. Cor. 2. v. 9. Patienter itaque feramus aduersariorum impiorum calumnias, sarcasmos, irrisiones, & angustias, quæcunque alia, de quibus Paulus etiam conqueritur, 1. Corinth. 4. vers. 9. & 11. Cogita illud, væ tibi ridenti, quia mox post gaudia flebis, Luc. 6. v. 25. Et vicissim, Ibid. ver. 21. & Psalm. 126. v. 6. Hic oritur QVÆSTIO, an non afficiantur iusti ista impiorum & damnatorum miseria: an non compatiantur ipsis? Respon. Minime. Pater videns à Diabolis abripi filium damnatum lætabitur, & gratulabitur sibi, propterea quod videt executionem iustitiæ. Quomodo hoc possibile erit, inquis? Pars hæc erit felicitatis nostræ. At si non ita esset, non esset nostrum gaudium perfectum, voluntas autem nostræ tum erit conformis voluntati diuinæ. Et sancti ipsi iudicabunt mundum. 1. Corin. 6. v. 2. Nec errabunt amplius affectus nostri.

Videmus Abrahamum nihil rangi miseria Epulonis. Luc. 16. Ita tum erit. Idem cum Deo omnes electi sentiet. Nec erit istud *imparitas*: sed conformitas voluntatis cum Deo, & approbatio iustitiæ.

## II. PARS.

At quid impii damnati stantes à sinistris, iam iam abripiendi à Diabolis, & partim abrepti. *Den wirds Nauß heßlich herunder gehawen werden.* Accusabit ipsos conscientia. Trepidabunt. Hic stertus, ciulatus, stridor dentium.

1. Turbabitur 2. in angustiis murmurabit. 3. Mirabuntur insperatam piorum salutem. 4. Inuidebunt illis 5. Poenitebit ipsos malefactorum, sed frustra & sero nimis. 6. Ingemiscant in angustia. 7. Et tandem erumpent dicentes cum fremitu, ecce quomodo computatæ sunt hæc inter filios DEI, qui à nobis habebantur  
stultæ



stulti, 8. Scipios accusabunt, ô stultitiam nostram, &c. Et hæc quæculatio durabit perpetuo. Talia dixerunt (ait Sapiens v. 14.) in inferno, hi qui peccauerunt, iuxta versionem Latinam. Et quanto maiorem videbat gloriam iustorum, tanto maior erit ipsorum calamitas.

L. Etiam hæc tanta futura mala sunt, quæ oculus non vidit & quæ animus humanus vix cogitando assequi potest. Hinc comparatur illa mansio vermi non morienti, iugui inextinguibili. Esa. 66. v. ult.

Vitam de his frequentius cogitent impii, irrisores & oppressores bonorum: qui existimant se fecisse pactum cum inferno. Esa. 28 v. 15.

O triste pactum. O consolationem desperatissimam.

Tanroque grauior calamitas, quod æterna Ex inferno enim nulla liberatio Psal. 49. v. 8. 9.

O *Witz ewig wie bistu so lang.*

Variis similitudinibus hoc inculcatur veteres de aui-cula & monte, &c. quæ vulgo nota sunt.

Sciunt etiam hoc illudores, qui dicunt: *Der Teuffel muß damoch machen daß wir bey ihm bleiben können.*

Deum non irrideri. Gal. 6 v. 7. Pro. 3. v. 34. At ipse potius ridebit in interu ipsorum. Prou. 1. v. 26.

*Es ist fürwar rechter Ernst.*

Detestandæ itaque sunt illæ (vt nos quidem iudicamus) Iyreraciones hominum leuculorum qui sic his rebus ludunt & iocantur, cum alius proximo dicit: ego te videbo in inferno, ciulam eam, &c. Caue nec isthuc venias, & inuenias locum.

Detestandæ etiam sunt illæ imprecationes, vbi homo homini imprecatur, vt rapiatur à Diabolo.

L. II. Non offendamur dum impii hic in voluptatibus viuunt, aliis molesti sunt, &c. Fauemus illis hæc fortunâ. Videamus Pl. 73. v. 15. sed & v. 17. & 18. 19. *Es wird nicht saag wâhren. Pl. 47. v. 35. und mißstens zu theur bezahlet wann sich das ôlat vmbwendet wirdt. Psal. 49. v. 15.*

F I N I S.

THE.

Fili, si  
offer. Men  
tum infero  
nefac amu

Admod  
de his qui  
le carent.  
possint col  
sed vel ing  
sibi ipsi sil  
cupiant Sa  
& suader  
quatuor v  
Er mach  
Theil des  
git & rati  
nostris.

Nos etia  
quid præte  
sunt, ostender

1. Fili mi  
bi de his be  
Dann hat  
2. Deind  
deus boni  
ad sustenta  
Et si times,  
dit, merito

## THEMA VI.

Syr. I. 4. v. II.

*Fili, si habes, benefac tecum. Et Deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum demonstratum est tibi. Ame mortem benefac amico tuo. Et que sequuntur vsque ad vers. 18.*

## DISPOSITIO.

Admodum insignis est hic locus, principaliter agens de his, qui bonis temporalibus à Deo sunt donati, & prole carent. Hi plerunque sunt solliciti, quomodo optime possint collocare sua bona. Et rarissime medium tenent: sed vel ingratas hæredibus sua bona relinquunt, vel plene sibi ipsis illa omnia etiam (si fieri posset) mortui reseruare cupiunt. Subministrat autem sapiens optimum consiliũ, & suadet vt illa bona viui diuidant in quatuor partes, & quatuor (vt ita dicam) hæredibus ista etiam viui legent. *Er macht viererley Außgaben / vnd will dasz ihrer vier Theil desz Guts genießten.* Duos autem semper coniungit & rationes addit, quare his benefaciendum de bonis nostris.

Nos etiam binas coniungemus, additis rationibus, & quid præterea ad nos vtilitatis ex hoc loco peruenire possit, ostendemus breuiter.

## I. Pars.

1. Fili mi, si habes bona temporalia, primo omnium tibi de his benefac. Vere presentibus quæ Deus concessit. *Dann hat dirz Gott gegönnet / so brauchz deßsel.*

2. Deinde Deo quoq; offer aliquid ad cultum sacrum de tuis bonis: ad ædificandas & sustentandas scholas, & ad sustentationem eorum qui Ecclesiis & Scholis seruiunt. Et si diues, etiam non parce Deo offeres. Si is multum de dit, merito etiam multum recipiet à te.

Ccc

Ratio

Rationes addit. Quare isthæc liberalitas, in primis ergo Deū, non sit differenda. Si post multos demum annos vis aliquid conferre ad cultum sacrum, so wird's zu spät werden. Quia vita nostra brevis est. Antiquum enim illud pactum cum morte, du mußt sterben. Syrac. 14. vers. 38. Et hoc nosti. Scis etiam quod mors sæpius opinione nostra citius abripit homines. Ergo non defraudes Deum, daß er selber mangeln muß, / bey seiner Zirch und Altar.

Locvs. Multum in se continet isthæc admonitio? Primum innuit plerunq; diuites, etiam *ut vixit*, imo maxime esse avaros.

Sunt autem duplices avari diuites. Alii sunt erga se ipsos satis liberales, sed duri erga alios.

Talis est Nabal 1. Sam. 24. vide vers. 36. Talis Epulo purpuratus. Luc. 16. Et diues ille Luc. 12. vers. 19. Alii vero diuites avari sunt qui ne sibiipsis quidem volunt benefacere, nedum aliis, die sind doch gar deß Truffsels. De quibus Syrach prolise hoc eodem capite, vide v. 3. 4. 5. 6. 7. 10. & Ecclesiast. 4. v. 7. & seq. & 5. v. 15. & 6. v. 1. & seq. Gott gibt ihm das Herz nicht. Punit illum propter istam auaritiam suam. Ideoque gratiæ agenda Deo pro his quæ dedit & vtendum illis cum gratiarum actione. 1. Timoth. 4. ver. 5. Memores dictorum Eccl. 2. v. 24. & 3. v. 13. Das ist ein gab Gottes / & 5. v. 17.

II. Locvs. Pungit sapiens tenacitatem multorum, qui dum viuunt nihil plane erogant ad cultum sacrum: fürchten immer es zerrine ihnen / oder lassen nit gerse ein heller von sich: Interim mire sibi placent, quod conditio Testamenti quædam post mortem Ecclesiis, scholis aut Nosodochiis legarunt. Tum demum volunt esse liberales, cum bona non amplius sunt in potestate ipsorum. Wirs sie leben / geben sie Christo nicht ein heller über Neck er zu fahren. Magis laudandi Iudæi (gens alioquin auarissima) quod de his, quæ in potestate sua habuerunt, tā liberaliter contribuerint ad vsus sacros, vt inhibitione opus fuerit.

in tra. 1.  
Principi  
David app  
profecta  
rigum her  
prompto  
6. ab initio  
Petri encl  
ripes, quos  
Ela 49. v. 2  
Deinde  
tionis redif

Pergit sa  
benefacien  
1. Bene  
maxime, su  
to proximo  
num vitz, R  
istis dant  
2. Bene  
ego carebo  
v. 1. Minit  
inopiam, v  
addit: Na  
salus erog  
1. in die  
lectiam tri  
latis exhib  
sponder le  
sed de pere  
n. & 4. vi  
v. 20.  
3. Relit

T H E M A VI.

tit. Exo. 35. v. 23. & 26. v. 6. Vide liberalitatem Dauidis & Principum eius Paralipom. 30. v. 2. & 6. Et nota ibi, quod Dauid appellat omniscientiam Dei creatoris. Omnia hæc profecta ex corde promptissimo. *Freiwillich mit aufrichtigem Herzen.* Vide versu 17. Quiquid enim vel non prompto animo vel ex hypocrisis fit, ingratum est Matth. 6. ab initio. Hilarum datorem diligit Deus, 2. Cor. 9. v. 7. Pertinent hæc omnium maxime ad Magistratus & Principes, quos Deus eucit. Hi debent esse nutritii Ecclesiaru Elsa 49. v. 23. & 60. v. 16.

Deinde vero ad omnes diuites. Vide exemplum Centurionis ædificantis scholam, Luc. 7. v. 7.

II. Pars.

Pergit sapiens & ostendit, quibus præterea etiam sit bene faciendum, de bonis liberaliter à Deo datis.

1. Benefac amicis tuis. Siue sint cognati, de his quidem maxime, siue domestici fidei. Quicumq; ope tua indigent. Is proximus est. Luc. 10. Nota autem quod additur, *ante faciem vitam, Thue guts weil du löbst / so weistu das angelegt ist / so danckst man dir auch darumb.*

2. Benefac pauperibus in genere. Ergone aliis dabo, & ego carebo? sic Nabal respondet seruis Dauidis. 1. Sam. 25. v. 11. Minime, sed abundantia vestra subleuabit illorum inopiam; vr Palus eleganter, 1. Cor. 8. v. 14. Ideoque hic addit: *Nach deinem vermögen.* Si multum possides, liberalius erogabis pauperibus. Rationes etiam excutiamus.

1. In die læta exhilara pauperem. quoq; & Deus dabit læticiam tibi, quemadmodum desideras; Si tu vis esse hilaris. exhilara propter Deum etiam pauperem. Et hoc respondet legi diuinæ, Lætaberis, quis? tu re solus? Minime Sed & peregrinus, & vidua & orphanus. Vide Deut. 16. v. 11. & 14. vide Deut. 26. v. 11. vide etiam Deut. 14. v. 28. & 24. v. 20.

3. Relinquenda sunt bona tua aliis, & necesse est vr alli

accipiant hæreditatem tuam. Non igitur melius colloca-  
bis, quam si amicis & pauperibus distribuis, dum adhuc  
superstes es.

3. Si dederis liberaliter, liberaliter quoq; accipies. Date  
& dabitur vobis. Eadem mensura, Luc. 6.

4. Sanctifica animam tuam. Fac tibi amicos ex diuitiis,  
vt suscipiant te pauperes suis testimonio in æterna taber-  
nacula, Luc. 16. v. 9.

5. Nihil est quod metuas egestatem. Wann du todt bist  
so hastu außgezihrt. Insignis est hic locus, q. d. Es wird  
dir doch nicht mehr überleben. Non opus est referuare  
multa post mortem. Non amplius egebis cibo aut potu,  
vbi mortuus fueris. Vmb ein Schauffel voll Erden ist es  
zu thun/so hastu genug.

Locvs est, de beneficētia erga pauperes & omnes præ-  
sertim fidei domesticos: de quibus, Galat. 6. Sicut locus  
communis 1. partis docuit, quid faciendum erga Deū. Ita  
hic docet, quid faciendū erga homines, & pleraq; tractā-  
tur 2. Cor. 8. & 9. & alibi. Summatim hæc sunt notanda.

1. Dandum. De nostris bonis.

2. Cui? Pauperibus: Proximo Et omnibus.

3. Vnde dandum? De nostra abundantia, tu Dominus  
fontis esto, Prou. 5. v. 6.

4. Quomodo dandum? Liberaliter. Animo candido,  
non hypocritico, vt videamur coram hominibus, Matth.  
6. v. 1. 2. 3.

Qui parce seminat, parce meret, 2. Cor. 9.

5. Quare dandum? Quia Deus dedit. Nos priores ac-  
cepimus. Reddite igitur Deo, inquit Christus, quæ Dei  
sunt, Matth. 22. Deus erit merces. Fœneratur Dominus.  
Prou. 19. v. 17. Dauid, Eccl. 11. v. 2. Prou. 28. v. 27.

6. Quando dandum? quando habemus, id est, cum vi-  
uimus & in potestate sunt nostra bona. Ideoq; hic dicitur  
ante finem vitæ tuæ.

Idem plane vult Paulus Gal. 6. v. 10. inquit, num tem-  
pus habemus, &c. post mortem nihil amplius possidemus,  
Bene-

Beneficia  
nihil esse  
v. 14. Der  
vtra indig

R E

Dilecti,  
iniquo, no  
instruat, re  
sed vt ex ter  
Euangelii p  
nobis acqui  
ferre testim  
seculi adeo  
deceat filio  
tudine frui  
lias cum o  
iam tantum  
solliciti, cur  
taz: & hæc  
deteratione  
da ratio. 4.  
vt possim

Cum in  
dendam ra  
cebat. H

Bene faciamus ergo de nostris quæ in manibus habemus. nihil efferemus. 1. Tim. 6. v. 7. Nudi enim venimus Ecc. 5. v. 34. Der Todre hat außgezehret. Post mortem nullis bonis ultra indigebimus.

F I N I S.

## THEMA VII.

Luc. 16. v. 2.

## REDDE RATIONEM.

## DISPOSITIO.

Dilecti, Christus adducit parabolam de dispensatore iniquo, non eam ob causam potissimum vt pollice nos instruat, vel vt filiorum huius seculi astutias reprehendat, sed vt ex temporalibus spiritalia doceat. Quod ex sine Evangelii patet, dum vult nos temporalibus diuitiis ita nobis acquirere amicos, qui aliquando nobis possint ferre testimonium nostræ beneficentiæ. Et si filii huius seculi adeo sint occupati, vt illis hic bene sit, magis hoc decere filios DEI, vt eo elaborent, quo illic æterna beatitudine frui possent. Cum autem hæc parabola nota & alia cum omnibus circumstantiis sit pertractata, agite iam tantum duo verba huius parrisfamilias excutiemus, scilicet cum dicit, REDDE RATIONEM villicationis tuæ: & hæc tractabimus Deo dante. 1. Quis teneatur reddere rationem. 2. Cui reddenda ratio. 3. Quando reddenda ratio. 4. Quomodo vel de quibus. 5. Quid faciendum vt possimus stare. Videamus de his singulis.

## I. Pars.

Cum in hoc Evangelio quæritur, quis vocetur ad reddendam rationem, mox sese offertis, qui dispensator dicebatur. Habebat enim homo diues dispensatorem. Et

Ccc 3

nihil

nihil noui hoc est. Quotidie enim rationem reddere tenentur dispensatores. Et hoc quisque illorum nouit, priusquam etiam muneri suo præficiatur. Atqui nos omnes sumus dispensatores coram Deo. Magnus enim pater familias diuisit bona sua hominibus, vt ista rite dispensent. Vt sunt concionatores. Paulus 1. Corinth. 4. Dispensatores sumus mysteriorum Dei. Tit. 1. Episcopus decet esse Dei dispensatorem. Magistratus Seruus meus Cores Esa. 44. vers. 28. Et omnes. Hoc uolunt parabola de Talentis distributis inter seruos. Mat. 26. Luc. 12. Quisnam est fidelis dispensator ac prudens, quem constituit Dominus super famulitium suum, &c. Petrus generaliter de omnibus Christianis dicit 1. Pet. 4. vt quisque accepit donum ita alius in alium ministrat, vt boni dispensatores variz gratiz Dei. Sunt itaque omnes homines dispensatores Dei, alii aliis superiores, & nullus est, qui non aliquid acceperit: alii plus, alii minus. Alius totum ducatum: rusticus familiam, uxorem & liberos: seruus famulatum. Et omnes habent animam rationalem & membra corporis. Nam sit selmar hauffhoffer. Itaque omnes tenentur reddere rationem. De quo Paulus 2. Corinth. 5. Omnes manifestari oportet, &c. Nullus hic gaudet privilegio, nullus hic erit locus fugæ, nec equiti nec pediti.

## II. Pars.

Cui autem reddenda ratio? Multum interest dispensatori, scire, coram quibus consiliatis ipsi reddenda sit ratio. Tum enim sibi illorum gratiam & fauorem conciliare potest, vt si quæ minus rite dispensarit, conuincant. Et vñ venit, vt illi vni gratificantes in rationes eius minus accerbent inquitant, alterius autem accuratius examinent, & ad viuum quasi refecent. Quæ igitur erit ratio cum omnibus hominibus? Ex Euangelio patet id. Dispensator tenetur rationem reddere ei, cuius bona habuit sub potestate, patris familias. Ita omnes homines Deo, cuius bona

bona  
Deus  
nec  
nullis  
le  
al  
tere  
uadere,  
tatem  
luem

Quando  
glio. Voca  
paulo ante  
tum illam  
vix nos ad  
poteris am  
nos dispens  
pis transmi  
additum est  
curiam: ita  
particularis  
conscientia  
da erit. 1. C  
nali, &c. He  
iudicium. &  
bus, tribul  
lis, &c. &  
te, & rigor  
mo quinto  
superest, v

bona ipsis fuerunt diuisa, vt iam audimus. Atqui  
 DEVS 1. Iustus est: & iudicat iuste 1. Petr. 2. 2. Nec est  
*εὐσεβὴς ἡ ἀδικία*. 2. Paralipom. 19. Actor. 10. *Ἐστὶ ἰσθμὸς ἐν  
 τῇ ἰερουσαλὴμ*. 3. Nec munera captat: propterea  
 nec excœcari potest, Deuter. 10. 2. Paralipom. 19. 4. *Ἐρεβ  
 οὐκ ἔστιν ἰσθμὸς*. Igitur nihil occultari potest. Quare profusus  
 nullis rimis elabēdi locus hic erit: nullus hic altetius ma-  
 le facta tegere, excusare & clam tueri poterit: nullus pro  
 altero rationem reddere poterit, sed quilibet pie compa-  
 rare cogetur. Propterea si in his terris maxime potuisti e-  
 uadere, vel propter munera, vel cognationem, vel auctori-  
 tatem & eminentiam, &c. tamen ibi non poteris euadere.  
 Ibi enim eodem loco habebuntur Cæsar & subulcus.

## III. Pars.

Quando autem reddenda ratio? Et hoc patet ex Euan-  
 gelio. Vocatur quidem hic seruus ad reddendas rationes,  
 paulo ante quam deponatur: At cum iam depositus est,  
 tum illum rationes reddere oportet. Ita & Deus sub finem  
 vitæ nos ad rationes vocat reddendas, cum dicit: Non  
 poteris amplius villicare: Moriendum est. Et sicut apud  
 nos dispensatorum aliquis suas rationes ad curiam princi-  
 pis transmittit ad diem Georgii, quo illis colophonem  
 additum esse oportet: ita in morte, Postmodum citatur ad  
 curiam: ita homo in nouissimo die, &c. Et quidem  
 particularis ratioñū redditio hic initium capit in nostra  
 conscientia: at in nouissimo die vniuersalis ratio reddenda  
 erit. 2. Corinth. 5. Manifestari oportet coram tribu-  
 nali, &c. Hebr. 9. Constitutum est mori, post hoc vero  
 iudicium. &c. Tum ratio reddenda erit non coram duo-  
 bus, tribusve consiliariis, sed coram tota Trinitate, ange-  
 lis, &c. & instituetur processus magna cum seueritate,  
 & rigore coniunctus, qui describitur Matth. vigesi-  
 mo quinto. Nec est, vt dicas: Multum adhuc temporis  
 superest, vsque dum dies ille veniet & iudicium illud exer-



cebitur? Citius certe opinione tua experieris. Et in quo quemque inuenerit suus nouissimus dies, in illo iudicabit ipsum alter nouissimus dies, Augustino teste. Ne cogites. *Es ist noch lang dahin.* Quia ueniet ea hora, qua non parabitis, *Marth. 24. Er wird dir nur ja bald kommen.*

## IV. Pars.

At de quo reddenda erit ratio? Si de quibusdam saltem reddenda erit ratio, tum id tolerabile esset. At hic dicitur: Redde rationem VILLICATIONIS, &c. De tota ergo villicatione ratio reddenda est, *2ad Corint 5. Jura id, quod fecit, siue bonum siue malum, O homo, inquit Ecclesiastes, cap. 12. fac quod vis, sed scio, quod Dominus in ius uocaturus sit omnia. Bone Deus, quam gravis ratio multis reddenda erit. Cui multum conceditum est, ab eo multum reperetur, Luc. 12. Reddenda est ratio de his, quæ erga Deum: & quæ erga homines commisisti. Principi, cui tota concedita fuit regio, cum omnibus illius incolis, pro hisce reddenda est ratio: & magistratui pro subditis, qualem illorum gesserint curam: Wie siemit ihnen Haufi gehalten. Concionatoribus item pro auditoribus, *Heb. 13. parentibus de liberis: & cuius de suo officio. Et qui non multum accepit, is tamen accepit animam rationalem, donum certe nobilissimum. De hoc ei reddenda est ratio, qualemnam curam illius egerit. Imo etiam de otioso verbo, Marth. 12. Quantum ergo magis de pernicioso, de quo *Ephel. 4. & 5. Quin etiam de occultis. Iniquitates nostras posuisti in conspectu tuo, Psalm. 90. Nihil occultum, quod non reuelabitur, Marth. 10. O grauem rationem, o duram telum, uera tamen omnia. Veritas hoc dixit: verbum Dei non peribit. Quid paras futurum de his, qui in his terris multa uoluerunt occultare, de quibus nemo illos accusare, nedum ad rationes reddendas uocare ausus fuit? Ibi autem omnia sistentur in conspectu Domini. Nec***

COR.

Nec conditio  
que trepidat  
Deo, ut cepe

Quid igitur  
quia videmus  
patio bonorum  
illius altitudo  
Sic & nobis  
i haque  
pescatore n  
uis quem,  
Semper son  
uulsi quique  
tionem red  
Dei Num,  
Homines n  
credita bon  
quique su

1. Quod  
Luc. 17. &  
piet &c. lo  
bis dixit  
dum hora  
tudes con  
Syr. & 1  
nus cum  
ritus collic  
reuerent  
1. Ergo  
Dauid ex  
cium, &c.  
2. Qua  
1. Joh. 2.  
3. E

Nec conditio, nec flexus effugiet. Vide, quantus tremor, quæ trepidatio in Adamo, & in Caino, cum vocarentur à Deo, ut expedirent rationes,

## V. Pars.

Quid igitur faciendum? Nullus hic loquum habet dolus, quia videmus apud hunc dispensatorem, quod illius dissipatio bonorum innotuerit Domino. Hic miratur quidem illius astutiam, sed nihil commodi ad illum inde redundat, Sic & nobis nostra consilia parum proderunt.

1. Itaque sumus fideles in dispensando, 1. Corin. 4. à dispensatore non ultra requiritur, &c. Luc. 12. Beatus ille seruus, quem, cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem. Semper sonet in auribus: Redde RATIONEM. Fideliter vniquisque agat: nec multa in se suscipiat, de quibus rationem reddere nequit. Moses fuit fidelis in tota domo Dei Num. 12. Et magis seruiamus Deo quam hominibus. Homines non liberabunt. Nec dispensemus nobis concredita bona, quasi abutentes gratia Domini: quia vnusquisque suum onus portabit Gal. 6.

2. Quod si omnia fecimus, tamen sumus inutiles serui, Luc. 17. & Syr. 18. Cum consummauerit homo, tunc incipiet &c. Ideoque non expectemus, vsque dum Deus nobis dixerit: Non poteris amplius dispensare, id est, vsque dum hora mortis vel extremum iudicium venerit. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem Syr. 5. & 17. &c. Sed in tempore rationes nostras conferamus cum Deo. Crebra enim redditione rationum syncerius colitur & firmitus etiam conseruatur amicitia. *Offt rechnen b helt gute Frenad* dicitur Proverbio.

1. Ergo deprecemur culpam cum Job. ex 9. cap. & cum Dauid ex Psalm. 130. Quis stabit, &c. Ne intres in iudicium, &c. Psalm. 143.

2. Quæramus Mediatorem. 1. Timoth. 2. Aduocatum, 1. Joh. 2.

3. Et in hoc vno sit spes nostra, quod si maxime nos

Ccc 5 non

non possunt stare, tamen habemus, qui pretium redemptionis erit, *ἀντὶ ἡμῶν*, vitam redemptionem dedit. Mat. 20. v. 28. Redemptio facta per Christum, Rom. 3. v. 24. 1. Cor. 1. Factus redemptio nobis. Idem Eph. 1. v. 7. Coloss. 1. v. 14. 1. Tim. 2. v. 6. Heb. 9. v. 14.

Is deleuit chirographum quod contra nos erat scriptum sanguine, Coloss. 2. 14. Imo condonavit omnia peccata. Ibid. v. 13. & in profundum maris demersit, Mich. 7. vers. 19.

Decem etiam talenta remisit, grandem summam, his qui penitenti corde deprecantur rationes. Matth. 18. Vnum hoc agamus, ne in misericordiam Dei peccemus & dicamus sicut Rom. 6. v. 1. Absit.

Satis est preteritum tempus ita esse transactum. 1. Pet. 4 v. 3.

FINIS.

## THEMA VIII.

ACTOR. 4.

*Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomē est datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.*

DISPOSITIO.

Admodum insignis & memorabilis est hæc sententia, & inter præcipua dicta noui Testamenti numeratur merito. Docet enim nos de re omnium maxima, & de qua concertatum fuit à primordio mundi vsq; ad hæc nostra tempora: scilicet, de via ad salutem æternam consequendam: de qua etiam Petrus litigare cogitur cum Iudæis & gentibus, vnd̄ *ist̄ dars̄ her v̄nd̄ den Hals̄ kommen.*

Quomodo igitur Petrus hoc loco demonstraerit Iudæis viam ad salutem, primum ipsius verba singula enucleabimus, & quid porro inde nobis restet discendum, videbimus.

Textus

## Textus.

In precedenti capite Petrus cum Johanne sanauerat claudum ab ytero, in nomine Iesu Christi Nazareni Pro hoc beneficio malam gratiam receperunt Et in carcerem missi sunt.

Altera die ex carcere vocati, susebantur Consilio seniorum, scribarum, &c. Examinati, qua auctoritate & cuius nomine miraculum hoc ediderint, respondent ( Petrus scilicet nomine aliorum ) In nomine Iesu Christi Nazareni quem ipsi crucifixerunt, claudum hunc receperisse sanitatem. Nec temporalem tantum seu corporalem sanitatem contingere hominibus in nomine huius Iesu Nazareni, sed & æternam salutem.

Imo, non esse in alio salutem. Nec in angelo, nec homine, nec viuo, nec in ortuo, nisi in Christo.

Addit: Nec est aliud nomen datum hominibus, in quo possint salui fieri.

Multi quidem habent nomen hoc, quod saluatores sint, *Deusland* / sicut vocabantur Iudices, Ab ipsa scriptura sic nominati Jud. 3. v. 9. 2. Reg. 15. v. 5.

Sed sunt tantum in corporalibus & temporalibus necessitatibus adiutores & opitulatores. Verum ad æternam salutem nihil conferunt.

Multis etiam tributum fuit nomen Iesu, vt Syaridi & aliis. Iosua idem est nomen.

At in Iesu tantum Nazareno salus est.

Multi sunt Christi, id est, vncti à Domino: sed in vno Iesu Christo Nazareno salus est.

Quia de vno hoc Angelus pronunciat, quod saluum sit facturus populum suum, Matt. 1. v. 21.

## L O C I,

I. Mirū est, post hanc tā claram Petri sententiā tātas potuisse oboriri tenebras in Ecclesia De gentib<sup>9</sup> nō dicim<sup>9</sup> qui ignorarūt nomē Iesu. At de his, quib<sup>9</sup> frequēter hoc nomen

nomen fuit in ore. Interim tamen multis annorum Centuriis, non in vno Jesu Christo salutem quaesierunt, sed semper ad latus Christi vel Mariam vel Sanctos alios posuerunt. Imo mater Christi semper primas obtinuit in Papatu. Sic habet junner ein besser Herz zu ihr gehabt. Hinc torus Psalterium ad ipsam direxerunt; quod Bonaventurae fuit adscriptum. Impressum Parisiis, Anno 1513. 8. Junii. Vbi ex professo ista loca quae ad Christum pertinebant, detorserunt ad Mariam. Vt Psal. 51 v. 1. In te Domina speravi. In manus tuas Domina commendo spiritum meum.

Et Psal. 110. Dixit Dominus Dominae meae, sede mater mea à dextris meis, &c.

Vocatur ibidem: Maria Saluatricis pereuntium. Fons misericordiae. Paradysi ianua. Scala regni caelestis.

Ex quibus patet, Christum non solum agnitum pro Salvatore. Et Christi nomen non solum fuisse ab illis habitum sufficiens, in quo possimus salutem consequi.

Taceo Opitulatores 14. Et multas sanctorum Centurias, qui tanquam procuratores salutis inuocati sunt, vt testantur Litaniae & precula ipsorum.

Ita scilicet sordebat ipsis nomen Jesu, vt excogitarent Ordines propemodum infinitos, in quorum regulis sperabant salutem. [Nota. Numerantur in Opere illo excellentissimo Wolfiano centum quadraginta ordines, singuli suis nominibus & titulis insigniti.]

At damnati & maledicti omnes habentur, qui extra Christum vnum & solum volunt saluari. Ego sum via, veritas, vita, Joh. 14. v. 6. Ego sum ianua, Joh. 10. v. 7. Qui per aliud ostium ingreditur fur & latro est, Ibid. v. 1.

Ego torcular solus calcaui, Esa. 63 v. 3.

Gloriam meam alteri non dabo, Esa. 48. Ego delecto. Esa. 43. v. 25.

Vnus mediator, 1. Tim. 2. v. 5.

Iraq; confidimus in gratia Domini nostri Jesu Christi sicut & patres saluari sunt, Act. 15. v. 11.

Nec

Nec re  
tro au  
malignan  
prehenfus  
randem oc  
Infantis Pa  
hinc doct  
enim Jud  
mirum, f  
Christo fa  
Sic ita q  
dor vice ad  
Et beaur

Curat  
planctum v

Historia  
fuerit is, co  
stiratus Es  
clarus.

Misere  
tus vrbe h  
uestitioru  
folus fa  
est perleq

Mirum  
tius abieci

At Deu  
qua prim  
morte ian

Nec refert quicquam, quod dum ita docemus cum Petro audimus hæretici. Vetus est illa Cantilena Ecclesiæ malignantium. Petrus ipse propter hanc doctrinam reprehensus est in Concilio Scribarum, post virgis caesus, & tandem occisus. Paulo hanc doctrinam proferenti dicunt, Infans Paulus. Act. 26. Audit spermologus, Act. 17. Imo huic doctrinæ toto orbe contradicitur, Act. 28. v. 22. Est enim Judæis offensio, Gentibus stulticia, 1. Cor. 1. Et quid mirum, si ipsis Pontificibus Romanis fuit exosa illa de Christo fabula? sicut Bembo dixit.

Sit itaque aliis odor mortis ad mortem, nobis erit odor vitæ ad vitam, 2. Cor. 2. v. 16.

Et beatus qui non fuerit offensus in me, Matth. 11.

F I N I S.

T H E M A IX.

Act. 8. v. 2. & c.

*Curauerunt funus Stephani viri religiosi, & fecerunt planctum magnum super eum.*

D I S P O S I T I O.

Historia hæc breuis, de sepultura Stephani docet. Quis fuerit is, constat vobis omnibus, Diaconus scilicet constitutus Ecclesiæ primitiæ, plenus spiritu, miraculis clarus.

Misere autem petiit, si mundi iudicia spectemus, eiectus vrbe Hierosolyma & lapidatus non sine magno aduersariorum (scilicet Sauli etiam, qui postea Paulus Apostolus factus,) tripudio. Post cuius obitum maxima orta est persecutio in Ecclesia Hierosolymitana.

Mirum itaque si humatus fuit Stephanus, & non potius abiectus sicut canis rabidus.

At Deus ipsi procurauit honestissimam sepulturam: de qua primum, deinde etiam de luctu illo super Stephanum morte iam paucula quædam tractabimus.

I. PARS.

## I. Pars.

Stephanum pium & Spiritu sancto plenum ex vrbe Hierosolymana eiectum, atque lapidibus enecatam atque obrutum in campo vesloco Caluarie iacentem nihil curant neque Magistratus vrbis, neque sacerdotes & clerici ipidem.

Habitus enim fuit pro malefico & maledicto.

Attamen coram Deo longe alia est Stephani conditio; Iesus enim stans à dexteris patris iam suscepit animam ipsius, vti rogauerat, Sed nec corpustanti viri inhumatum vult relinquere. Neque etiam vult ipsum humari à licetioribus illis sceleratis & hominibus nequam, qui ipsum lapidauerant, nec à carnifice Sed viri Religiosi honorifice ipsum mandant terræ.

LOCVS. I. Moneste sepeliendos mortuos.

1. Propter spem resurrectionis.
2. Ad testificandum nostrum amorem.
3. Vt satisfiat mandato Dei, in terram reuertaris.

Nec potest per omnia excusari hic mos Germanorum, qui maleficos sinunt à canibus, volueribus, denorari, nec terræ mandant. *Wann sie ihz Ortheil vberst anden haben.* Fit quidem hoc ad incutiendum terrorem cæteris.

At Deus videtur aliter sentire, dum iubet suspensas deponi, ne terra polluaturs Deut. 11. v. 23.

II. Sed missis maleficis reuertamur ad bonos, & ad eos qui curant funus Stephani. Magna horum fides est, magna charitas erga proximum.

Res non carebat periculo, præsertim in illa persecutione, ac vincit fides.

Eadem est ratio de his, quæ de Iosepho & Nicodemo, sepelientibus Christum. Ioh. 19. v. 38. 39.

Duxerunt hi sibi laudi sepelire innocentem: licet infami mortis genere trucidatum.

Generaliter hæc fides imitanda omnibus, vt cum vident alios ob pietatem sustinere persecutionem, ipsi nec tæceant,

Etant, n  
delect  
excusant  
cessio n  
Exemp  
III. S  
tes, nihil  
Tegitur e  
Vide de  
Prompuz  
Itaque  
tine incur  
folietas.

Non sep  
insuper e  
Nec sine  
prodesse e  
Ornatu  
poterat res  
Edidit si  
Eius fide  
ad dm. B  
Testant  
nistrum se  
Locvs.  
nobis, Ecc  
Quia ag  
quæ non se  
esse fital  
esse indign  
magna ori  
oppofueru  
Lotho v  
iplo præfe  
s. Rato f

erant, nec deserant laborantes, nec cum Saulo his rebus delectentur, sed curam agant innocentum, defendendo, excusando, liberando, si possunt, vel precibus, vel intercessionibus, etiam cum viræ periculo.

Exemplo sit Ebedmelech Jerem. 38 v. 9.

III. Si maxime autem Stephanus uaniffiter in humanis, nihil neque honori neque saluti ipsius decessisset. Tegitur celo qui non habet urnam.

Vide de hoc Augustini sententiam in appendice r. partis Prompruarii.

Itaque de sepultura ultra quam par est, non sumus solliciti: sicut Stephanus de illa plane tacet, de anima tantum sollicitus.

### II. Pars.

Non sepelierunt tantum Stephanum viri religiosi, sed insuper etiam plactum magnum super eo fecerunt.

Nec sine causa. Erat enim homo optimus: cunctis prodesse cupiens, nocens nemini.

Ornatus erat maximis donis Spiritus sancti: & nemo poterat resistere sapientiæ illius.

Edidit singularia & plane diuina miracula. *Solche Leute findet man nicht am Weg: Man schützet sie nicht ab den Bäumen.*

Testantur sic suam charitatem: agnoscunt fidelem ministrum se habuisse, quo ægre carere possint.

Locvs. Non immerito lugemus in mortuos bene de nobis, Ecclesia vel Republica meritis.

Quia agnoscimus. 1. fuisse hæc singularia Dei dona, quæ non semper haberi possunt vbique. 2. Partem præcæ esse si tales auferantur, Esaiæ. 3. vers. 2. 3. Mundum horum esse indignum. Hebr. 11 v. 27. 4. His abreptis plerumque magna oriri mala in Ecclesia vel Republica. Quia hi sic se opposuerunt ruinæ. Ezech. 13. v. 5.

Lotho viz egresso Sodomis, ignis de celo perdit urbem iplo præsentem non potest vastare Dominus. Gen. 19. v. 22.

5. Raro sequuntur meliores. *Kompt selte dz best hrv. dch.*

Hanc



Hanc ob causam planxerunt Israelitæ suum Moſen Deut. 34. Aharonem, Numer. 20. Samuelem, 1. Sam. 25. Joſiam, 2. Par. 35.

Eſt hoc honorificum deſunctis. Ideoque danda opera ut inueniatur in nobis bonum, ut ſint qui plangunt. Vide 1. Reg. 14. v. 13. *Darzu iſt ein guter Name gut. ſyr. 42. v. 15. Prou. 22. v. 1.*

F I N I S.

## T H E M A X.

Ex priore ad Timoth. 4.

*Pietas ad omnia utilis eſt, &c.*

## D I S P O S I T I O.

Dilecti. Hæc ſententiola inter præcipuos huius Epistolæ locos merito eſt numeranda, & quaſi gemma præſtantiſſima in aureo annulo habenda. Et tanto pluriſ eſt facienda, quod docet nos de ingenti utilitate & proventu, cuius alias magnam rationem habemus. Et loquitur ſententiola hæc, de huiusmodi utilitate, quæ non exigua aut parua eſt: quæque alio in loco detrimento & no-cumento eſſe poteſt: ſed de talite, quæ ad omnia utilis eſt. Et quidem de cuiusmodi utilitate, qua non tantum in hac vita, ſed etiam in futura fruimur, atque ita queſtum hic temporalem, & illic æternum conſequimur. Eſt autem pietas, quod ſic vrile eſt. Quia igitur alioquin ita affecti ſumus, ut omnia ad utilitatem referamus, nihilque negligamus, quod ſemper & vbique prodeſſe poſſit: agite, nos iam utilitates pietatis (ut tanto maiori ſtudio eam ſectemur) videamus.

## I. Pars.

Summarie. dicit Paulus, ad omnia utilis eſt. Omnis autè noſtra actio conſiſtit in vita, morte, & futuro ſeculo.

I. Quantû ad temporalem vitam attinet, magnas habet promiſſiones pietas: his enim & corporalia & ſpiritalia promittuntur in hac vita. Quantû ad externa ſeu corpor-

ris bo-

ris bona attrinet: vt sunt sanitas, victus, amictus, longæua  
vita, hospitium, defensio, &c amplissimæ extant promissio-  
nes. Psalm. 34. Timentes Deum non indigebunt vlllo  
bono. Psal. 33. Oculi Domini super timentes, &c. vt e-  
ruat à morte animas eorum & alar eos in fame, Psalm. 37.  
Iunior fui & senui, & non vidi iustum, &c. Psalm. 55. Iacta  
super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet & non da-  
bit in æternum fluctuationem iusto, Psal. 110. Generatio  
iustorum benedicetur. Ecce insignes pietatis vtilitates.  
Psalm. 128. Ecce sic benedicetur homo qui timet Domi-  
num; beatus es & bene tibi erit. Exemplo sunt, Abraham,  
Ioseph, David, Daniel: & si illa loca omnia esset recensenda,  
dies nec citius, quam verba deficerent.

Quin imo dicat aliquis contrarium verum esse, nam  
piis interdum videtur pietas plus obesse quam prodesse.  
Sæpe sunt infeliciores pii impiis. De quo Psalm. 73. Et Ie-  
remias 12. conqueruntur. Et Scriptura ipsa videtur con-  
trarium asserere, Psal. 34. Multæ tribulationes iustorum  
Posteriore Timot. 3. Omnes, qui volunt pie vivere, &c. Ex-  
emplo sunt Apostoli, Martyres. Respon. Hic non nisi ex  
sanctuario Dei iudicandum, Psal. 73. Noluit Deus dare  
bona corporalia piis sine omni tribulatione. Hoc enim  
non prodesset animæ ipsorum. Nam alioquin abriperen-  
tur in deliciis huius mundi, & damnarentur, Psalm. 119.  
Bonum mihi, Domine, quia humiliasti me, vt discerem  
iustificaciones tuas. Non autem supradicti scripturæ lo-  
ci pugnant inuicem. Dicit Paulus, nos habere promissio-  
nem. Non semper in te habemus, sed in promissione felici-  
tatem corporalem, promissiones deinde vitæ præsentis  
sunt duplices. Alię concernunt illa supra dicta corporalia,  
quibus possumus carere sine salute animæ. Ea non semper  
dantur cuius. Nam, vt diximus, multis hæc non con-  
duerent. Sicut sapiens ipse orat, Prouerbior. 30. Domi-  
ne diuitias ne dederis mihi, ne efferatur cor meum. Alia  
sunt spiritualia bona, quibus tamen in hac vita indige-  
mus: hæc nunquam negantur, vt remissio peccatorum,  
D d d de qui.

de quibus sequitur. Plures igitur & longe maiores utilitates habet pietas, quam de quibus iam dictum est, quæ interdum piis cum impiis communia sunt: aut interdum aliquibus in hac vita negantur.

Sunt enim alia bona huius vitæ, quæ tamen sunt spiritualia, ut sunt remissio peccatorum, necessaria ad salutem omnibus. Hanc omnibus piis offert Deus per verbum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, & Act. 10. In nomine eius oportebat prædicari remissionem peccatorum, Luc. 24. Omnia peccata vestra in profundum maris deiciet. Mich. vi. Si vestra peccata fuerint, ut coccinum &c. Esa. 1. Deinde Spiritus Sancti, qui nobis est necessarius, de hoc Christus Joan. 14. Mittam paraclerum &c. Roman. 8. Spiritus auxiliator in infirmitatibus, docet clamare Abba pater, dat testimonium spiritui nostro, &c. Hæc bona (quibus in hac vita indigemus) omnibus piis & semper dantur, petentibus scilicet, quod faciunt piis. Hæc quanta bona sunt, possumus vel ex contrario intelligere. Nam qui non habet remissionem peccatorum: non habet spiritum s. testimonium in corde: is non habet pacatam conscientiam, semper ergo trepidat, & si totius mundi Dominus esset, permutaret ea. Potest ergo non nisi desperare. Exemplo sunt, Judas, Saul, Cain. Plus autem alii bona sua, divitias, honorem, &c. sacrum relictumque; relinquit, ipse contentus est hac utilitate, quod Deum habet propitium, Psalm. 73. vers. 25. Dummodo te habeant. Quæso quid prodesset homini lucrari totum mundum, si animæ suæ detrimentum patiatur, Matth. 16. Aut quid dabit homo pro redemptione animæ suæ, Psalm. 49. Sic itaque maxime ad omnia prodest pietas. Hinc enim in prosperis & aduersis, tristitia siue secunda fluant, potest esse bono animo. In prosperis pius non abripitur ad securitatem: sed bene vitatur fortuna: gratias agit Deo. In aduersis bono est animo. Si Deus pronobis, &c. Rom. 8.

## II. Pars.

Hæc de utilitatibus in hac vita. At quid iuuat esse  
piam:

piam: c  
non co  
parente  
Psalm:  
promiss  
tem, qui  
rat iultu  
erent vi  
endum:  
solui, Ph  
Spes enim  
fita est m  
nes mort  
tua d mot  
tum ad v  
Deo. Dor  
tus com  
celum ap  
&c. Cetero

Quod  
promissio  
Psalmio  
condemn  
quoniam  
pietas eius  
&c. Et n  
suum. Pla  
derit vni  
der merce  
amittit v  
ceteris p  
penalio  
dico opa

pium: cum sit moriendum etiam piis. In morte quidem non consolantur, aut consolari possunt hominem amici, parentes, opes, &c. & cum pater & mater derelinquunt, Psalm. 23. nos tamen comitatur pietas. Nam cogitat de promissionibus Christi, Ioan. 8. ver. 51. Non videbit mortem, quia somnus non mors piis est. Etiam in morte sperat iustus, Prou. 14. Nam in ipso mortis agone pietas suas exerit vires. Facit hominem promptum & alacré ad moriendum: Sufficit mihi: satur dierum, 1. Reg. 19. Cupio dissolui, Philipp. 1. cap. 2. Spe salui. Hinc illud Rom. 8 v. 14. Spes enim vitæ æternæ restat ipsi, posteriore Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ: 3. Vincit terrores & tentationes mortis & inferni: scit Christi victoriam; Ero mors tua ô mors, Oseæ 13. scit mortem esse somnum & introitum ad vitam. 4. Didicit depositum suum commendare Deo. Domine suscipe spiritum meum, Actor. 7. In manus tuas commendo spiritum meum, Psal. 31. Summa videt cælum apertum: Dicit in corde suo. quis condemnabit, &c. Certus sum quod neque, &c. Rom. 8.

## III. PARS.

Quod vero omnium est maximum, habet etiam pietas promissiones futuræ vitæ. In memoria æterna erit iustus, Psalm. 112. Cum enim resurget non veniet in iudicium condemnationis, non trepidabit ad aduentum Christi, quoniam scit saluatorem sibi futuram. Et compensabitur pietas eius æterna felicitate, Matt. 14. Venite benedicti, &c. Et nemo cogitet quod sine causa iustificauerit cor suum. Psalm. 73. versic. 13. Nam quicumque potum dederit vni ex minimis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam, Math. 10. versiculo vltimo. Qui amittit vitam: bona, &c. recipit certuplum. Sic de cæteris partibus pietatis quæ suam habebunt compensationem in illa vita. Hæc cum ita sint, non iudico opus esse multis persuasionibus ad sectandam pietatem

tatem. Quilibet perse promptus erit, vt ne priuetur tantis & ineffabilibus illis bonis atque vtilitatibus, quæ comitantur pietatem, &c. Abnegata ergo impietate sectemur pietatem. Tit. 2, v. 12. Desistite à malo & discite bene agere, Esa. 1. Qui furatus est non furetur amplius: deposito mendacio vnusquisq; loquatur veritatem cum proximo, Ephes. 4, v. 25. 28. &c. Renouamini, &c. Sic bene nobis erit in vita, morte, & post mortem. Hoc faxit **DEVS VNVS TRINVS** benedictus in secula. AMEN.

FINIS II. PARTIS  
PROMPTVARII.

*Gloria, laus & honor sit tibi Christe Redemptor.*



SECVN-



PR  
HV  
IN

A Big  
et  
or  
Anerus  
su.  
Alio hom  
ta, mor  
784.  
Adamus  
nuffet, et  
isset exit  
Adamus  
effugit  
Ad morte  
dam qu  
Aduentu  
talum  
Aduerfu  
tam in  
quam  
Ad infer